

## I.

1. **Q**uam utilis in Rep. literaria est Typographia, tam necessaria etiam publica librorum & scriptorum edendorum est censura. Unicum sane scriptum, licet paucis pagellis constet, tam perniciosum ac scandalosum esse potest, ut plus mali ac detrimenti Ecclesiæ ac Reip. adferat, quam
2. per centum pessimos homines fieri potest. Quin melius ac utilius esset corruptissimo hoc seculo nullam planè in Rep. Typographiam esse, quam eam sine inspectionis cura ac librorum censurâ habere.

## II.

4. Censuram autem librorum rem non esse novam, sed antiquam videtur colligi posse ex *Luthero tom. 3. oper. Lat. Jenens. fol. 282. quando is capit. 12. versiculum. 11. Ecclesiæ* „ *ita exponens, scribit: Ex hoc loco conjicio, fuisse aliquos ordinatos in populo Israëlitico, quorum officium erat relegere libros & veras historias, quas digererent in Annales Ebræorum & reliquos in ordinem redigerent, ut sic facerent libris auctoritatem, & adprobarent, qui digni essent lectu.* Eandem censuram adprobat *Idem Lutherus dum Tom. 6. Jen. Germ. fol. 513. scribit. Es hat nehest ein Ehr-loser Bube egliche Epigrammata hinter Wissen und Willen dever / so es befohlen ist / zu urtheilen. ausgehen lassen.*
- 5.

## III.

6. In Germania nostrâ per constitutiones Imperatorias inspectio Typographiarum ac librorum edendorum censura Magistratibus injuncta est. In Recessu Imperii *de anno 1529. §. Dazu sollen ic. ita cavetur: Was gediecht / gedruckt / oder feil gehabt wird / das soll zuvor von ieder Obrigkeit / und darzu verordneten verständigen Persohnen besichtigt / und so darinnen Mangel befunden / dasselbe zudrucken oder feil zuhaben / bey grosser*
- 7.